

www.e-rara.ch

C. Iulii Caesaris commentariorum libri VIII

Caesar, Gaius Iulius

Basileae, anno 1548

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-75832>

De bello Alexandrino

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

A. HIRTII AVTO

PII COMMENT. DE BEL

LO ALEXANDRINO,

Liber IIII.



ELLO Alexandrino confla-
to, Cæsar Rhodo, atque ex Sy-
ria, Ciliciâq; omnem classẽ
accerisit: ex Creta sagittarios:
equites ab rege Nabatheorũ
Malco euocat: tormenta un-
diq; conquiri, & frumentum
mitti, auxiliâq; adduci iubet. Interim munitiones quo-
tidie operibus augentur, atque omnes oppidi partes,
quæ minus firmæ esse uiderentur, testudinibus, atque
musculis aptantur: ex edificijs autem per foramina in
proxima ædificia arietes immittuntur, quãtumq; aut
ruinis deiicitur, aut per uim recipitur loci, in tantum
munitiones proferuntur: nam incendio serè tuta est
Alexandria, quod sine contignatione, ac materia sunt
ædificia, & structuris, atque fornicibus continentur,
tectâq; sunt rudere, aut pauimentis. Cæsar studebat
maximè, ut quàm angustissimam partem oppidi palus
à meridie interiecta efficiebat, hæc operibus, uineisq;
agendis, à reliqua parte urbis excluderet, illud expe-
ctans primum, ut quum esset in duas parteis urbs di-
uisa, acies uno consilio, atq; imperio administraretur.

Deinde

Deinde ut laborantibus succurri, atq; ex altera oppi
 di parte auxiliū ferri posset. In primis uerò, ut aqua,
 pabuloq; abundaret, quarum alterius rei copiam exi
 guam, alterius nullam omnino facultatem habebat,
 2 quodq; utrunq; palus largè præbere poterat. Neq; ue
 rò Alexandrinis in gerendis negocijs cunctatio ulla,
 aut mora inferebatur. Nam in omnes particeps per quas
 fines Aegypti, regnumq; pertinet, legatos conquisito
 resq; delectus habendi causa miserant, magnumq; nu
 merum in oppidū telorum, atq; tormentorum & mise
 ranti, & innumerabile multitudinem adduxerāt. Nec
 minus in urbe maxima armorū erant instituta officii
 na. Seruos præterea puberes armauerant, quibus do
 mini locupletiores uictum quotidianum stipendiumq;
 præbebāt. Hac multitudine disposita munitones semo
 tarum partium tuebātur. Veteranas cohortes uacuas
 in celeberrimis urbis locis habebant, ut quacunq; re
 gione pugnaretur, integris uirib. ad auxiliū ferendum
 opportuni essent: omnib. uijs atq; angiportis triplicē
 uallum obdlexerant. Erat autem quadrato extructus
 saxo, nec minus quadraginta pedes altitudinis habe
 bat: quæq; partes urbis inferiores erant, has altissimis
 turribus denorū tabulatorū munierant. Præterea am
 bulatorias totidem tabulatorum confixerant, subie
 ctisq; eis rotis, funibus iumentis que obiectis, directis
 plateis in quamcunq; erat uisum partem, mouebant.)

3. Vrbs fertilissima, & copiosissima omnium rerum ap

K 5 paratus

paratus suggererat. Ipsi homines ingeniosissimi atq;
 acutissimi quæ à nobis fieri uiderāt, ea solertia efficien-
 bant, ut nostri illorū opera imitari uiderentur, & sua
 sponte multa reperiebant, unoq; tempore & nostras
 munitiones infestabant, & suas defendebant: atq; hæc
 principes in concilijs concionibusq; agitabant, popu-
 lum Ro. paulatim in consuetudinem eius regni uenire
 occupandi, paucis annis antea Gabinium cum exerci-
 tu fuisse in Aegypto, Pompeiū se ex fuga eodem rece-
 pisse, ac Cæsarem uenisse cum copijs, neq; morte Pom-
 peij quicquā profectū, quò minus Cæsar apud se com-
 moraretur: quem si non expulissent, futuram ex regno
 prouinciam, idq; agendū maturè. Nanq; eum inter-
 clusum tempestatibus propter anni tempus recipere
 4) transmarina auxilia non posse. Interim dissensione or-
 ta inter Achillam, qui ueterano exercitui præerat, &
 Arsinoën regis Ptolemæi minorem filiam, ut supra de-
 monstratū est, cum uterq; utriq; infidiaretur, & sum-
 mam imperij ipse obtinere uellet, præoccupat Arsinoë
 per Ganymedē eunuchum nutriciū suum, atq; Achil-
 lam interfecit. Hæc occiso, ipsa sine ullo socio & custor-
 de omne imperiū obtinebat, exercitus Ganymedi tra-
 ditur. Is suscepto officio, largitionem in milites auget:
 5) reliqua pari diligentia administrat. Alexandria est fe-
 rè tota suffossa, specusq; habet ad Nilum pertinentes,
 quibus aqua in priuatas domos inducitur, quæ paula-
 tim spatio temporis liquescit, ac subsidit: hac uti do-
 mini

mini edificiorum, atq; eorum familiae consueuerunt. Nam quæ flumine Nilo fertur, adeo est limosa atque turbida, ut multos uariosque morbos efficiat: sed ea plebs ac multitudo contenta est necessario, quod fons urbe tota nullus est: hoc tamen flumen in ea parte urbis erat, quæ ab Alexandrinis tenebatur. Quo factò, est admonitus Ganymedes, posse nostros aqua intercludi, qui distributi munitionum tuendarum causa, uicatim ex priuatis edificijs specubus, & puteis extracta aqua utebantur. Hoc probato consilio, magnum ac difficile opus aggreditur: Inter septis enim specubus, atq; omnibus urbis partibus exclusis quæ ab ipso tenebantur, aquæ magnam uim ex mari rotis ac machinationibus exprimere contendit. Hanc locis superioribus fundere in partem Cæsaris non intermittebat. Quamobrem salsior paulò præter consuetudinem aqua trahebatur ex proximis edificijs, magnamq; hominibus admirationem præbebat, quam ob causam id accidisset, nec satis sibi ipsi credebant, quum se inferiores eiusdem generis ac saporis aqua dicerent uti, atque antè consuessent, uulgoq; inter se conferebant, & de gustando quantum inter se differrent aquæ, cognoscebant. Paruo uero temporis spatio hæc propior bibi nõ poterat omnino. Illa inferior corruptior iam

7. salsiorq; reperiebatur / quo factò, dubitatione sublata, tantus incesit timor, ut ad extremũ casum omnes deducti uiderentur. Atq; alij morari Cæsare dicerent,

quin

quin naues conscendere iuberet. Alij multo grauius
 extimescerent casum, quod neque celari Alexandrinis
 possent in apparada fuga, quum hi tam paruo spatio
 distarent ab ipsis, neq; illis imminentib. atq; insequen-
 tibus nullus in naues receptus daretur. Erat autem ma-
 gna multitudo oppidanorū in parte Caesaris, quam do-
 micilijs ipsorū non mouerat, quod eae se fidellem palam
 nostris esse simulabat, & desciuisse à suis uidebatur,
 ut mihi defendendi essent Alexandrini, quod neq; sal-
 laces essent, neq; temerarij, multaq; oratio frustra ab-
 sumeretur. Cum uero uno tempore & natio eorum et
 natura cognoscatur, aptissimū esse hoc genus ad pro-
 ditionem nemo dubitare potest. Caesar suorum timor-
 em consolatione & ratione minuebat. Nam puteis,
 fossisq; aquam dulcem posse reperiri affirmabat. Omi-
 nia enim litora naturaliter aqua dulcis uenas habere,
 quod si alia esset litoris Aegyptij natura, atq; omniū
 reliquorum, tamen quoniam mare liberè tenerent, ne-
 que hostes classem haberent, prohiberi sese non posse,
 quò minus quotidie aquam nauibus peterent. uel à si-
 nistra parte à Paretonio, uel à dextra ab insula, quae di-
 uerse nauigationes nunquam uno tempore aduersis
 uentis praeccluderentur. Fuga uero nullum esse consi-
 lium non solum ijs qui primam dignitatem haberent,
 sed ne ijs quidem qui nihil praeterquam de uita cogita-
 rent, magno negotio impetus hostiū aduersos ex mu-
 nitionibus sustineri, quibus relictis, nec loco, nec nu-

mero

mero pares esse posse. Magnā autem moram & diffi-
 cultatem ascensum in naues habere, præsertim ex sca-
 phis. Summā esse contrā in Alexādrinis uelocitatem,
 locorumq; et edificiorū notitiam. Hos præcipuē in ui-
 ctoria insolentes præcursuros, & loca excelsiora atq;
 edificia occupaturos, ita fuga nauibusq; nostros pro-
 hibituros. Proinde eius consilij obliuiscerentur, atque
 9. omni ratione esse uincendū cogitarent. Hac oratione
 apud suos habita, atq; omnium mentibus excitatis, dat
 Centurionibus negociū, ut reliquis operib. intermissis,
 ad fodiendos puteos animū conferant, ne ue quā par-
 tem nocturni temporis intermittāt. Quo suscepto ne-
 gocio, atq; omnium animis ad laborem incitatis, ma-
 gna una nocte uis aquæ dulcis inuenta est. Ita opero-
 sis Alexandrinorū machinationibus, maximisq; cona-
 tibus, non longi temporis labore occursum est. Eo bi-
 duo legio trigesima septima ex dedititijs Pompeianis
 militib. cū frumento, armis, telis, tormentis, imposita
 in naues à Domitio Caluino, ad litora Africa paulò su-
 pra Alexandriam delata est. Hæ naues Euro qui mul-
 tos dies cōtinenter flabat, portum capere prohibeban-
 tur. Sed loca sunt egregia omni illa regione ad tenen-
 das anchoras: hi cū diu retinerentur, atq; aquæ inopia
 premerentur, nauigio actuario Cæsare faciunt certior
 10. rem, Cæsar ut per se consiliū caperet, quid faciendū ui-
 deretur, nauim conscendit, atq; omnē classē se sequi
 iussit, nullis nostris militib. impositis, quod cū longius
 paulò

nudari no-
lebat

paulò discederet, munitiones & nudare nolebat. Cūq;
ad eum locū accessisset, qui appellatur Cherrhonesus,
aquandiq; causa remiges in terram exposuisset, non
nulli ex numero, cū longius à nauibus prædatū pro
cessissent, ab equitibus hostium sunt excepti: ex ijs cor
gnouerunt Cæsarem ipsum in classe uenisse, nec ullos
milites in nauibus habere. Qua re cōperta, magnam
sibi facultatem fortunā obtulisse bene gerendæ rei cre
diderunt. Itaq; naues omneis quas paratas habuerant
ad nauigandū, propugnatorib. instruxerunt, Cæsariq;
redeunti cum classe occurrerūt, qui duabus de causis
eo dic dimicare nolebat, quòd & nullos milites in na
uibus habebat, & post horam decimā diei res ageba
tur: nox autem allatura uidebatur maiorem fiduciam
illis qui locorum notitia cōfidebant, sibi etiam hortan
di suos auxilium defuturū, quod nulla satis idonea es
set hortatio, quæ neq; uirtutē posset notare, neq; iner
tiā. Quibus de causis naues quas potuit, Cæsar ad ter
ram detraxit, quem in locum illos successuros nō exi
stimabat. Erat una nauis Rhodia in dextro Cæsaris
cornu longè ab reliquis collocata: hanc conspicati ho
stes non tenuerunt sese, magnoq; impetu quatuor ad
eam constrate naues, & complures aperta contende
runt, cui coactus est Cæsar ferre subsidium, ne turpiter
in conspectu contumeliā accipereret, quanquā, siquid
grauius accidisset, merito casurū iudicabat. Prælium
commissum est magna contentione Rhodiorum, qui
cū

cum in omnibus dimicationibus & scientia & uirtute præstiuissent, tum maxime illo tempore totum onus sustinere non recusabant, ne quod suorum culpa detrimentum acceptum uideretur: ita prælium secundissimum est factum, capta est una hostium quadriremis, depressa est altera: deinde omnibus epibatis nudata, magna prætere a multitudo in reliquis nauibus propugnatorum est interfecta. Quod nisi nox prælium diremisset, tota classe hostium Cæsar potitus esset. Hac calamitate perterritis hostibus aduerso uento leniter flante, naues onerarias Cæsar remulco uictricibus suis Alexandria deducit. 12. Eo detrimento adeo sunt fracti Alexandrini, cum non iam uirtute propugnatorum, sed scientia classiariorum se uictos uiderent, quibus, & superioribus locis subleuabantur, ut uix adificijs defendi possent, & materiam cunctam obijcerent, quod nostræ classis oppugnationem etiam ad terram uerebatur. Iidem postea quam Ganymedes in concilio confirmauit, sese et eas quæ essent amissæ, restitutum, & numerum adaucturum, magna spe et fiducia ueteres reficere naues, accuratiusque huic rei studere, atque inseruire instituerunt: ac tamen si amplius ceterum decem nauibus longis in portu, nauibusque amiserant, non tamen reparandæ classis cogitationem deposuerunt. Videbant enim non auxilia Cæsaris, non comæatus supportari posse, si classe ipsi ualerent. Præterea nautici homines & urbis & regionis maritimæ, quotidianoque usu à pueris exercitati, ad naturalem

turalem ac domesticum usum refugere cupiebant, & quantum paruulis nauigijs profecissent, sentiebāt. Itaque omni studio ad parandam classē incubuerunt.

13. Erant omnibus ostijs Nili custodia, exigendi portorij causa disposita, naues ueteres erant in occultis Regiæ naualibus, quibus multis annis ad nauigandum non erant usi, has reficiebant, illas Alexandriam reuocabant: deerant remi, porticus, gymnasia, ædificia publica detegebant, asseres remorū usum obtinebant: aliud naturalis solertia, aliud urbis copia subministrabat. Postremo non longam nauigationē parabant, sed præfontis temporis necessitati seruiebant, & in ipso portu confligendum uidebant. Itaque paucis diebus contra omnium opinionē, quadriremes uiginti duas, quinqueremes quinque confecerunt: ad has minores, apertasque complures adiccerūt, & in portu periclitati remigio, quid quaque earū efficere posset, idoneos milites imposuerunt, sequēque ad confligendum omnibus rebus parauerunt. Cæsar Rhodias naues 1 x. habebat. Nam x. missis, una in cursu litore Aegyptio defecerat: Ponticas VIII. Lycias v. ex Asia XII. ex his quinqueremes v. serāt, & quadriremes x. reliquæ infra hanc magnitudinē, & pleræque apertæ: tamen uirtute militum confisus, cognitis hostium copijs, se ad dimicandum parabat.
14. Postquam eò uentum est, ut sibi uterque eorum confideret: Cæsar Pharum classe circūuehitur, aduersasque naues hostib. constituit. In dextro cornu Rhodias col-

locat,

locat, in sinistro Ponticas. Inter has spatium quadringentorum passuum relinquit, quod satis esse ad explicandas naues uidebatur. Post hunc ordinē reliquas naues subsidio distribuit, quæ quamq; carū sequatur, & cui subueniat, cōstituit, atq; imperat. Non dubitanter Alexandrini classem producunt, atq; instruūt: in fronte collocant xxi. reliquas subsidiarias in secundo ordine constituunt. Magnū præterea numerum minorum nauigiorū, & scapharū producunt cum malleolis, ignibusq; siquid ipsa multitudo, & clamor, & flāma nostris terroris afferre possent. Erant inter duas classes uada transitu angusto, quæ pertinent ad regionem Africa: sic enim prædicāt, partē esse Alexandria dimidiā Africa: satisq; diu inter ipsos est expectatū, ab utris transeundi fieret initium. Propterea quod ei, qui intrassent ad explicandā classem, & ad receptū, si durior accidisset casus, impeditiores fore uidebatur. /

15. Rhodijs nauibus præerat Euphranor animi magnitudine, ac uirtute magis cū nostris hominibus, quàm cū Græcis cōparandus. Hic ob notissimā scientiam atq; animi magnitudinē, delectus est ab Rhodijs, qui imperium clas̄is obtineret: qui ubi Cæsaris animum aduertit, Videris mihi, inquit, Cæsar uereri, si hæc uada primus nauibus intraueris, ne prius dimicare cogaris, quàm reliquā clas̄ē possis explicare: nobis rem cōmitte, nos præliū sustinebimus, neq; tuum iudicium fallimus, dum reliqui subsequantur. Hos quidem diutius in

L nostro

nostro conspectu gloriari, magno nobis & dedecori,
 & dolori est. Caesar illū adhortatus, atq; omnibus lau-
 dibus profecutus, dat signū pugnae: Progressas ultra
 uadū quatuor Rhodias naues circumfistit Alexandri-
 ni, atq; in eas impetum faciunt: Sustinet illi, atq; arte,
 solertiaq; se explicat, ac tantum doctrina potuit, ut in
 dispari numero, nulla trāsuersa hosti obijceretur, nul-
 lius remi detergeretur, sed semper uenientibus aduer-
 sae occurrerent. Interim sunt reliquae subsecutae. Tū ne-
 cessario discessum ab arte est, propter angustias loci,
 atq; omne certamen in uirtute cōstitit. Neq; uerò Ale-
 xandriae fuit quisquam aut nostrorum, aut oppidanorū,
 qui aut in opere, aut in oppugnatione occupatum
 animum haberet, quin altissima tecta peteret, atq; ex
 omni prospectu locū spectaculo caperet, precibusq;
 & uotis uictoriā suis ab Dijs immortalibus exposce-
 ret. Minime autē erat par praelij certamē: nostris enim
 16. pulsis, neq; terra, neq; mari effugium dabatur uictis,
 omniaq; uictoribus erant futura in incerto. Illi, si supe-
 rassent nauibus, omnia tenerent, si inferiores fuissent,
 reliquā tamen fortunā periclitaretur. Simul illud gra-
 ue, ac miserū uidebatur, per paucos de summa, ac de
 salute omnium decertare. Quorū si quis aut animo, aut
 uirtute cessisset, reliquis etiam esset cadendum, quibus
 pro se pugnandi facultas non fuisset. Hæc superioribus
 diebus sepe numero Caesar suis exposuerat, ut hoc ma-
 iori animo contenderent, quod omnium salutē sibi com-
 mēnu

mendatā uiderent, eadē suum quisq; contubernalem,
 amicum, notum prosequens erat obtestatus, ne suam,
 atq; omnium falleret opinionem, quorum iudicio dele-
 ctus ad pugnā proficisceretur. Itaq; hoc animo est de-
 certatū, ut neq; maritimis, nauticisq; solertia, atq; ars
 & presidium ferret, neq; numero nauū præstantibus
 multitudo prodesset, neq; flexi ad uirtutē ex tāta mul-
 titudine uiri uirtuti nostrorū possent adæquari. & Ca-
 pitur hoc prælio quinquagemis una cū defensoribus,
 remigibusq; & deprimūtur tres, nostris incolumibus
 omnibus. Reliqua propinquā fugam ad oppidum ca-
 piunt, quas protexerūt ex molibus, atq; ædificijs immi-
 nentibus, & nostros adire propius prohibuerūt. Hoc
 ne sibi sepius accidere posset, omni ratione Cæsar con-
 tendendum existimauit, ut insulā, molemq; ad insulam
 pertinentē, in suam redigeret potestātē. Perfectis enim
 magna ex parte munitionibus in oppido, & illam, &
 urbem uno tempore tentari posse cōfidebat. Quo ca-
 pto consilio, cohortes x. & leuis armaturæ electos,
 quos idoneos ex equitibus Gallis arbitrabatur, in na-
 uigia minora, scaphasq; imponit, alterā insule partē
 distinendæ manus causā cū constratis nauibus aggre-
 ditur, præmijs magnis propositis, qui primus insulam
 cepisset. Ac primo impetum nostrorū pariter sustinue-
 runt: uno enim tempore & ex tectis ædificiorū propius
 gnabant, & litora armati defendebant: quò, propter
 asperitatem loci, non facilis nostris aditus dabatur, &

hostium
 præf.

Capitur hoc
 prælio decem
 triremes.

- scaphis, nauibusq; longis v. mobiliter, & scienter angustias loci tuebantur. Sed ubi locis primū cognitis, uadisq; pertētatis, pauci nostri in litore cōsiterunt, atque hos sunt alij subsecuti, constanterq; in eos, qui in litore æquo insiterant, impetum fecerunt, omnes Pharitæ terga uerterūt. His pulsīs, custodia portus relicta naues ad litora, & uicum applicauerunt, seq; ex nauibus ad tuenda ædificia eiecerunt, neque uerō diutius ipsi ex munitione se cōtinere potuerūt. Et si erat non dissimile, atq; Alexandria genus ædificiorum ut minora maioribus cōferantur, turresq; editæ, & cōiunctæ, muri locum obtinebant, neq; nostri aut scalis, aut cratibus, aut reliquis rebus parati uenerāt ad oppugnandum. Sed terror hominibus mentem, consiliūq; eripit, & membra debilitat: ut tūc accidit, qui se in æquo loco, ac plano pares esse confidebant, ijdem perterriti fuga suorum, & cæde paucorum triginta pedum altitudine in ædificijs consistere ausi nō sunt, seq; per molem in mare præcipitauerunt, & octingentorum passuum interuallo ad oppidū enatauerunt. Multi tamen ex his capti, interfectiq; sunt. Sed numerus captiuorū
18. omnino fuit sexcenti. Caesar præda militibus concessa, ædificia diripi iussit, castellūq; ad pontē, qui propior erat Pharo cōmuniuit, atq; ibi præsidū posuit. Hunc fuga Pharitæ reliquerant, fortiorē illum, propioremq; oppido Alexandrini tuebātur. Sed eum postero die simili ratione aggreditur, quod his obtentis duobus om-
- nem

nem nauigiorū excursum, et repentina latrocinia sublatum iri uidebatur. Iamq; eos, qui praesidio eum locum tenebant, tormentis è nauibus, sagittisq; depulerat, atq; in oppidum redegerat, & cohortium trium instar in terrā exposuerat. Non enim plures cōsistere angustia loci patiebātur, reliquæ copiae in nauibus stationem obtinebant: quo factō imperat pontem aduersus hostem praeuallari, & quā exitus nauibus erat fornice extructo, quo pons sustinebatur, lapidibus oppleri, atq; obstrui, quorum altero opere effecto, ut nulla omnino scapha egredi posset, altero instituto, omnes Alexandrinorū copiae ex oppido se ciccere, & contra munitiones pontis latiore loco constituerunt, eodemq; tempore, quæ consueuerāt nauigia per pōtes ad incerdia onerariorū emittere ad molē constituerunt: Pugnabatur à nostris ex ponte, ex mole: ab illis ex area, quæ erat aduersus pontē, & ex nauibus contra molem. In

20. his rebus occupato Cæsare, militesq; hortante, remigum magnus numerus, & classiariorū ex longis nauibus nostris in molem se ciccit. Pars eorum studio spectandi ferebatur. Pars etiam cupiditate pugnandi. Hi primum nauigia hostiū lapidibus, ac fundis à mole repellabant, ac multū proficere multitudine telorum uidebātur. Sed postquā ultra eum locū ab latere eorum aperto, ausi sunt egredi ex nauibus Alexandrini pauci, ut sine signis, certisq; ordinibus sine ratione prodierant, sic temerè in naues refugere cœperunt. Quo-

rum fuga incitati Alexandrini ex nauibus egrediebantur, nostrosq; acrius perturbatos insequēbatur. Simul qui in nauibus longis remanserant, scalas rapere, nauesq; à terra repellere properabāt, ne hostes nauibus potirentur. Quibus omnibus rebus perturbati milites nostri, cohortium trium, qui in ponte, ac prima mole constiterant, cum post se clamorē exaudirent, fugam suorum uiderent, magnam uim telorum aduersi sustinerent, ueriti ne ab tergo circunuenirentur, & discessu nauium omnino reditu intercluderentur, munitionem in pontem institutam reliquerunt, & magno cursu incitati ad naues contenderunt. Quorum pars proxima nacla naues multitudine hominum, atq; onere depressa est, pars resistens, & dubitans, quid esset capiendum consilij, ab Alexandrinis interfecta est: nonnulli felice exitu expeditas ad anchoras naues consecuti, incolumes discesserunt. Pauci alleuati scutis, & animo ad conandum nixi, ad proxima nauigia adna-

21. tarunt, Caesar quoad potuit cohortando suos ad pontem, & munitiones cōtendere. Eodem in periculo uersatus est, postquam uniuersos cedere animaduertit, in suum nauigium se recepit, quò multitudo hominum insecuta cum irrumperet, neq; administrandi, neq; repellendi à terra facultas daretur, fore quod accidit, suspicatus, sese ex nauigio eiecit, atque ad eas, quæ longius constiterant naues, adnatauit. Hinc suis laborantibus subsidio scaphas mittens, nonnullos conseruauit:

nauigium

nauigium quidem eius multitudine depressum mili-
 tum, unà cum hominibus interijt. Hoc prælio desyde-
 rati sunt ex numero legionariorum militum circiter
 cccc. & paulo post eum numerum classiarij, &
 remiges Alexandrini eo loco castellum magnis mu-
 nitionibus, multisq; tormentis confirmauerunt, atque
 egestis ex mari lapidibus, liberè sunt usi postea ad mit-
 22) tenda nauigia. Hoc detrimento milites nostri tantum
 absuerunt, ut perturbarètur, ut incensi potius, atq; in-
 citati, magnas accessiones fecerint in operibus hostiũ
 expugnandis, in prælijs quotidianis, quandoquãq; fors
 obtulerat procurrentibus, & erumpentibus Alexan-
 drinis + manum comprehendi multum operibus, &
 ardentibus studijs militũ. Nec diuulgata Cesaris hor-
 tatio, subsequi legionũ aut laborem, aut pugnandi po-
 terat cupiditatẽ, ut magis deterrendi, & cõtinendi à
 periculosissimis essent dimicationibus, quàm incitan-
 23) di ad pugnandum. Alexandrini, cum Romanos & se-
 cundis rebus cõfirmari, & aduersis incitari uiderent,
 neq; ullum belli tertiũ casum nossent, quo possent esse
 firmiores, ut coniectura consequi possumus, aut admo-
 niti à Regis amicis, qui in Cesaris erant præsidijs, aut
 suoapte consilio, per occultos nuntios Regis probato,
 legatos ad Cesarem miserũt, ut dimitteret Regẽ, tran-
 sireq; ad suos pateretur. Paratã enim omnem multitu-
 dinẽ esse confectã tædio, puellæ fiduciaro regno, domi-
 natione crudelissima Ganymedis, facere id, quod Rex

imperasset. Quo si autore in Cæsaris fidē, amicitiamq;
 uenturi essent, nullius periculi timorem multitudini
 24. fore impedimento, quo minus se dederent / Cæsar, etsi
 fallacem gentem, semperq; alia cogitantem, alia simu-
 lantem, bene cognitam habebat, tamen petentibus da-
 re ueniā utile esse statuit. Quod si quo factō sentirent,
 ea, quæ postularent, mansurum in fide dimissum Re-
 gem credebat. Sin, id quod magis illorum naturæ con-
 ueniebat, ducem ad bellum gerendum Regem habere
 uellent, splendidus, atque honestius se contra Regem,
 quàm contra conuenarū, ac fugitiuorum manum bel-
 lum esse gesturum. Itaq; Regem cohortatus, ut consu-
 leret regno paterno, parceret præclarissimæ patriæ,
 quæ turpissimis incendijs, & ruinis esset deformata,
 ciues suos primum ad sanitatē reuocaret, deinde con-
 seruaret, fidem populo Rom. sibiq; præstaret, quum
 ipse tantum ei crederet, ut ad hostes armatos eum mit-
 teret, dextera dexteram tenens, dimittere cœpit ad-
 ulta iam ætate puerū. At regius animus disciplinæ falla-
 cissimis eruditus, ne à gentis suæ moribus degenera-
 ret, flens orare cōtrā Cæsarem cœpit, ne se dimitteret:
 non enim regnū ipsum sibi conspectu Cæsaris esse iu-
 cundius. Cōpressis pueri lachrymis, Cæsar ipse cōmo-
 tus celeriter, si illa sentiret, fore eum secum affirmans
 ad suos dimisit. Ille, ut ex carceribus in liberū cursum
 emissus, adeò contra Cæsarem acriter bellum gere-
 re cœpit, ut lachrymas, quas in colloquio proiecerat,
 gaudio

gaudio uideretur profundiffc. Accidiffe hoc complures
 Cafaris legati, amici, Centuriones, militesq; letaban-
 tur, quod nimia bonitas eius fallacijs pueri elufa effct,
 25. quafi uerò id Cafar bonitate tantum adductus, & nõ
 prudentiffimo cõfilio feciffet: cum duce affumpto Ale-
 xandrini nihilo fe firmiores factos, aut languidiores
 Romanos animaduertent. Eludentibusq; militibus
 regis etatem atq; infirmitatem, magnum dolorem ac-
 ciperet, neq; fe quicquã proficere uideret, rumoresq;
 exifterent, magna Cafari præfidia terreftri itinere Sy-
 ria Ciliciaq; adduci, quod nondũ Cafari auditũ erat,
 cõmeatum qui noftris mari fupportabatur, intercipe-
 re ftatuerunt. Itaq; expeditis nauigijs, locis idoneis ad
 Canopum in ftatione difpofitis nauibus, infidiabatur
 noftris commatibus. Quod ubi Cafari nuntiatũ eft,
 claffem iubet expediri, atq; inftui. Præfecit huic Ti-
 berium Neronem, proficifcuntur in ea claffe Rhodia
 naues, atq; in his Euphranor, fine quo nulla unquam
 dimicatio maritima parum etiam feliciter confecta
 erat. At fortuna qua plerunq; eos quos plurimis bene-
 ficijs ornauit, ad duriozem cafum referuat, fuperiorũ
 temporũ diffimilis Euphranorẽ perfequebatur. Nam
 cum ad Canopũ uentũ effet, inftuctaq; utrinq; clas-
 fis cõfluxiffet, & fua cõfuetudine Euphranor primus
 prælium commiffiffet, & illic triremem hoftium perfo-
 raffet, ac demeriffiffet, proximam longius in fecutus, pa-
 rum celeriter in fequentib. reliquis, circũuentus ab Ale-

- xandrinis est, cui subsidium nemo tulit, siue quod in ipso satis praesidij pro uirtute ac felicitate eius putarent esse, siue quod ipsi sibi timebant. Itaque unus ex omnibus eo praelio bene rem gessit, solus cum sua quadriga ui-
26. *Et*rice perijt. Sub idem tempus Mithridates Pergamenus magnae nobilitatis domi scientiaque; in bello, et uirtutis, fidei dignitatisque; in amicitia Caesaris missus in Syriam Ciliciamque; initio belli Alexandrini ad auxilia accersenda cum magnis copijs, quas celeriter et propensissima ciuitatum uoluntate, et sua diligentia confecerat, itinere pedestri, quo coniungitur Aegyptus Syriae Pclusium adducit, idque oppidum firmo praesidio occupatum ab Achilla propter opportunitatem loci (namque tota Aegyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio uelut claustris munita existimatur) repetere magnis circumdatum copijs, multiplici praesidio pertinaciter propugnantis, et copiarum magnitudine, quas intergras uulneratis, defessisque; subiciebat, et perseverantia constantiaque; oppugnandi, quo die est aggressus, in suam redegit potestatem, praesidiumque; ibi suum collocauit: inde re bene gesta, Alexandria ad Caesarem contendit, omnesque; eas regiones per quas iter faciebat, autoritate ea que plerumque; adest uictori, placarat, atque; in amicitiam
27. *Caesaris* redegerat. Locus est fere regionum illarum nobilissimus, non ita longe ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen a similitudine literae cepit. Nam pars quaedam fluminis Nili deriuata inter se duobus itineribus

neribus, paulatim meliù inter se spatium relinquens,
 diuersissimo ad litus interuallo à mari coniungitur.
 Cui loco cū appropinquare Mithridatē rex cognouisset,
 & transeundū ei flumen sciret: magnas aduersus
 eum copias misit, quibus uel superari deleriq; Mithri-
 datem, uel sine dubio retineri posse credebat: quem ad
 modum aut optabat eum uinci, sic satis habebat inter-
 clusum à Cæsare à se retineri. Quæ primæ copie flu-
 men à Delta trāsire, & Mithridati occurrere potuer-
 runt, prælium cōmiserunt, festinātes præripere subse-
 quentibus uictoriæ societate. Quorū impetū Mithri-
 datetes magna cū prudentia consuetudine nostra cas-
 stris uallatis sustinuit. Cū uerò incaute atq; insolenter
 succedere eos munitionib. uideret, eruptione undiq; fa-
 cta, magnū numerum eorū interfecit. Quod nisi loco-
 rum notitia reliqui se texissent, partimq; in naues qui-
 bus flumen transierāt, recepissent, funditus deleti esēt.
 Qui ut paululū ab illo timore se recrearūt, adiunctis
 ijs qui subsequebantur, rursus Mithridatē oppugnare
 28. cœperunt. Mittitur à Mithridate nuntius Cæsari, qui
 rem gestam perferret: cognoscit ex suis eadē hæc acci-
 disse rex, ita penè sub idē tempus & rex ad opprimen-
 dū Mithridatē proficiscitur, & Cæsar ad recipiendū:
 celeriore fluminis Nili nauigatiōe rex est usus, in qua
 magnā & paratam classē habebat. Cæsar eodē itine-
 re uti noluit, ne nauibus in flumine dimicaret. Sed cir-
 cumuectus eo mari, quod Africa partis esse dicitur, si-
 cuti

- cuti supra demonstrauius, prius tamen regis copijs occurrit, quàm is Mithridatem aggredi posset, eumq; ad se uictorem incolumi exercitu recepit. Consecrat cum copijs rex loco natura munito, quod erat ipse excelsior, planicies ex omnibus partib. subiecta. Tribus autẽ ex lateribus uarijs genere munitionibus tegebatur: Vnum latus erat adiectũ flumini Nilo, alterũ editissimo loco ductum, ut partem castrorum obtineret:
29. Tertium palude cingebatur. Inter castra & Cesaris iter flumẽ intercedebat angustũ, altissimis ripis, quod in Nilum influcbat. Aberat autẽ ab regis castris millia passuum circiter 7. Rex cùm hoc itinere uenire Cesarẽ cõperisset, equitatũ omnem expeditosq; delectos pedites ad id flumen misit, qui transitu Cesarẽ prohiberent, & eminus ex ripis præliũ impar inirent: Nul lum enim processum uirtus habebat, aut periculum ignauia subibat, quæ res incendit dolore milites equitesq; nostros, quod tandiu pari prælio cum Alexandri nis certaretur. Itaq; eodem tempore equites Germani dispersi, uada fluminis quærentes, partim demissiorib. ripis flumen tranarunt: & legionarij magnis arboribus excisis, quæ longitudines utrãq; ripam contingerent proiectis, repẽtinõq; aggere iniecto, flumen transierunt: quorum impetũ adeo pertinuerunt hostes, ut in fuga spem salutis collocarent. Sed id frustra: nanq; ex ea fuga pauci ad regem refugerunt, penẽ omni reli
30. qua multitudine interfecta. Cesar re præclarissimẽ gesta,

sta, cum subitū aduentum suū iudicaret magnum ter-
 rorem Alexandrinis iniecturū, protinus uictor ad re-
 gis castra pertendit. Hæc cū & opere magno uallata,
 & loci natura munita aduerteret, confertaq; armator-
 rum multitudinē collocatā in uallo uideret, lassos itū-
 nere, ac præliādo milites ad oppugnāda castra succer-
 dere noluit. Itaq; non magno interuallo relicto ab ho-
 ste, castra posuit. Postero die castellū quod rex in proxi-
 mo uico nō longè à suis castris muniuerat, brachijsq;
 cum opere castrorū coniunxerat, uici obtinendi causa
 Caesar aggressus, omnibus copijs expugnat: non quod
 id minori numero militū consequi difficile factu puta-
 ret, sed ut ab ea uictoria, perterritis Alexandrinis, pro-
 tinus castra regis oppugnaret. Itaq; eo cursu quo re-
 fugientes Alexandrinos ex castello, in castra sunt mili-
 tes insecuti, munitionibus successerūt, acerrimeq; emi-
 nus præliari cœperunt. Duabus ex partibus aditus op-
 pugnationis nostris dabatur: una qua liberum acces-
 sum haberi demonstraui: altera, quæ mediocre inter-
 uallum inter castra & flumen Nilū habebat. Maxima
 & electissima Alexandrinorū multitudo defendebat
 eam partē, quæ facillimū aditum habebat, plurimū au-
 tem proficiebant hostes in repellendis uulnerandisq;
 nostris, qui in regione fluminis Nili propugnabāt: di-
 uersis enim telis nostri figebantur, aduersi ex uallo ca-
 strorū, auersi q; ex flumine in quo multe naues instru-
 ctæ funditoribus & sagittarijs nostros impugnabant.

Caesar

31. Caesar cū uideret milites acrius praeliari nō posse, nec tamen multū profici, propter locorū difficultatē, cūq; animū aduerteret excelssimū locum castrorū relictū esse ab Alexandrinis, quod & per se munitus esset, & studio partim pugnādi, partim spectandi decurrissent in eum locum in quo pugnabatur, cohortes illō circuire castra, & summū locum aggredi iussit, hisq; Carsulenum praefecit & animi magnitudine, & rei militaris scientia uirū praestantem. Quō ut uentū est, paucis defendentibus munitionē, nostris cōtra militibus acerrimē pugnātib; diuerso clamore & praelio perterriti Alexandrini, trepidātes in omneis partes discurrere coeperunt. Quorum perturbatione nostrorū animi adeo sunt incitati, ut penē eodem tempore ex omnibus partibus, primi tamen editissimū locum castrorū caperent, ex quo decurrentes, magnā multitudinē hostium interfecerunt, quod periculū pleriq; Alexandrini fugientes, acruatim se de uallo praecipitauerunt in eam partem, quae flumini erat adiūcta: horum primis in ipsa fossa munitionis magna ui oppressis, ceteri faciliorem fugam habuerunt. Constat fugisse ex castris regem ipsum, receptumq; in nauem, & multitudinē eorum qui ad proximas naues adnatabant, demerso nauigio perisse. Re felicissimē celerrimēq; gesta, Caesar magnae uictoriae fiducia proximo terrestri itinere Alexandriam cum equitibus contendit, atq; eam partem oppidi uictor introijt, quae praesidio hostium tenebatur.

partes ca-
strorum

tur: neq; cum consiliū suum sefellit, quin hostes eo præ
 lio audito, nihil iam de bello essent cogitaturi. Dignē
 adueniens fructū uirtutis & animi magnitudinis tur
 lit. Omnis enim multitudo oppidanorū, armis proie
 ctis, munitionibusq; suis relictis, ueste ea sumpta, qua
 supplices dominantes deprecari cōsueuerunt, sacrisq;
 omnibus prolatis, quorum religione precari offensos
 iratosq; animos regum erant soliti, aduenienti Cæsari
 occurrerunt, scq; ei dederunt. Cæsar in fidē receptos
 consolatus, per hostium munitiones in suam partem
 oppidi magna gratulatione uenit, suorū qui non tan
 tum bellum ipsum, ac dimicationē, sed etiam talem ad
 33 uentum eius felicem fuisse letabantur. Cæsar Aegypto
 atq; Alexandria potitus, reges constituit, ut quos Pto
 lemaeus testamento scripserat, atq; obtestatus erat po
 pulum Ro. ne mutarentur. Nam maiore ex duob. pue
 ris, rege amisso, minori tradidit regnū, maiori ex dua
 bus filijs Cleopatra, quæ manserat in fide, præsidisq;
 eius minorē Arsinoēn, cuius nomine diu regnasse im
 potenter Ganymedē docuimus, deducere ex regno sta
 tuit, ne qua rursus noua dissensio, prius quàm diuturno
 nitate confirmarentur regis imperia, per homines se
 ditiosos nasceretur: legionē ueterana sexta secum de
 ducta, cæteras ibi relinquit, quo firmiter esset eorum re
 gum imperiū, qui neq; amorem suorum habere pote
 rant, quod fideliter permanserant in Cæsaris amicitia,
 neq; uetustatis auctoritatem, paucis diebus reges con
 stituit.

stituti. Simul ad imperij nostri dignitatē utilitatēq; publicā pertinere existimabat, si permanerent in fide reges, praesidijs eos nostris esse tutos: et hos si essent ingrati, posse iisdem praesidijs coerceri. Sic rebus omnibus confectis & collocatis, ipse itinere terrestri profectus est in Syriam. Dum haec in Aegypto geruntur, rex Deiotarus ad Domitiū Caluinum, cui Caesar Asiam, finitimasq; prouincias administrandas tradiderat, uenit oratum, ne Armeniam minorem regnum suum, ne ue Cappadociā regnum Ariobarzani possideri, uastariq; pateretur a Pharnace: quo malo nisi liberaretur, imperata sibi facere, pecuniamq; promissam Caesari non posse se persoluere. Domitius non tantū ad explicandos sumptus rei militari, quum pecuniam necessariam esse iudicaret, sed etiam turpe populo Ro. & Caesari, uictori sibiq; infame esse statueret, regna sociorū atq; amicorū ab externo rege occupari: nuntios confestim ad Pharnacē misit, Armenia Cappadociāq; decederet: ne ue occupatione belli ciuilibus, populi Rom. ius maiestatemq; tentaret. Hanc denunciationē cum maiorem uim habiturā existimaret, si propius eas regiones cū exercitu accessisset, ad legiones profectus, unā ex tribus xxxvi . secum ducit, duas in Aegyptū ad Caesarem mittit, literis eius euocatas, quarum altera in bello Alexandrino non occurrit, quod itinere terrestri per Syriam erat missa. Adiungit Cn. Domitius legioni xxxvi . duas a Deiotaro, quas ille disciplina,

atq;

atq; armatura nostra complures annos cōstitutas habebat, equitesq; centū, totidemq; ab Ariobarzane sumit. Mittit P. Sextium ad C. prætoriū quaestorem, ut legione adduceret, quæ ex tumultuarijs militibus in Pōto confecta erat, Quintūq; Pacisciū in Ciliciā ad auxilia accersenda, quæ copiae celeriter omnes iussu Domitij Comana cōuenerunt. Interim legati à Pharnace responsum referūt, Cappadocia se decessisse, Armeniam minorem recepisse, quā paterno nomine iure obtinere deberet: deniq; eius regni causa integra Cesari seruarietur: paratum enim se facere, quod is statuisset. P. Domitius cum animaduertret eū Cappadocia decessisse, non uoluntate adductū, sed necessitate, quod facilius Armeniā defendere posset, subiectam suo regno, quàm Cappadociā longius remotam, quodq; omneis treis legiones adducturū Domitiū putasset, ex quibus cum duas ad Cesarē missas audisset, audaciusq; in Armenia substiisset, perseuerare cepit, ut eo quoq; regno decederet. Neq; enim aliud ius esse Cappadociae, atq; Armeniae, nec ius eū postulare, ut in Cesaris aduentū res integra differretur. Id enim esse integrum, quod ita esset, ut fuisset. His res: ōsis datis, cū ijs copijs, quas supra scripsi, profectus est in Armeniā, locisq; superioribus iter facere instituit. Nā ex Ponto à Comanis iugum eaditū syluestre est pertinēs in Armeniam minorem, quo Cappadocia finitur ab Armenia: cuius itineris hæ erant certæ opportunitates, quod in locis

superioribus nullus impetus repentinus accidere hostium poterat, & quod Cappadocia his iugis subiecta
 36. magnā cōmeatus copiam erat subministratura. Cōplures interim legationes Pharnaces ad Domitiū mittit, quæ de pace agerēt, regiaq; munera Domitio ferrent: ea cōstanter omnia aspernabatur, nec sibi quicquā fore antiquius, quā dignitatē populi. Ro. & regna sociorum recuperare, legatis respōdebat: magnis, et cōtinuis itineribus cōfectis, cūm aduentaret ad Nicopolim, quod oppidū in Armenia minore positum est, plano ipsum loco, montibus tamen altis ab duobus lateribus obiectis satis magno interuallo ab oppido remotis: castra posuit non longè à Nicopoli circiter millia passuū septē. Quibus ex castris, cūm locus angustus, atq; impeditus esset trāseundus, Pharnaces in insidijs delectos pedites, omnesq; penè disposuit equites: magnam aut multitudinē pecoris intra eas fauces dissipari iussit, paganosq; & oppidanos in his locis obseruari, ut si amicus Domitius eas angustias transiret, nihil de insidijs suspicaretur, cūm in agris & pecora, & homines animaduerneret uersari tanquā amicorū aduentu. Sin uero, ut in hostiū fines ueniret, præda diripienda milites dissiparentur, dispersiq; cederentur. Hæc cūm administraret, nunquā tamen intermittebat legatos de pace, atq; amicitia mittere ad Domitium, cūm hoc ipso crederet eum facilius decipi posse. At contrā spes pacis Domitio in eisdē castris morādi attulit eausam.

sam. Ita Pharnaces amissa proximi temporis occasione, ueritus ne cognoscerentur insidiae, suos in castra reuocauit. Domitius postero die propius Nicopolim accessit, castraq; oppido contulit, quae dum muniunt nostri, Pharnaces aciem instruxit suo more, atq; instituto. In fronte enim simplici directa acie cornua trinis firmabantur subsidijs, eadem ratione haec media collocabantur acie, duobus dextra, sinistraq; interuallis, simplicibus ordinibus instructis. media collocabatur acies Perfecit inceptum castrorum opus Domitius, parte copiarum pro uallo instructa. Proxima nocte Pharnaces interceptis tabellarijs, qui de Alexandrinis rebus literas ad Domitium ferebant, cognoscit Caesarem magno in periculo uersari, flagitareq; à Domitio, ut quamprimum sibi subsidia mitteret, propiusq; ipse Alexandriam per Syriam accederet. Qua cognita re, Pharnaces uictoriae loco ducebat, si trahere tempus posset, cum discedendum celeriter Domitio putaret. Itaq; ab oppido, quò facillimum accessum, & aquisimum ad dimicandum nostris uidebat, fossas duas directas, non ita magno medio interuallo relicto, quatuor pedum altitudinis in eum locum deduxit, quo longius constituerat suam non producere aciem. Inter has fossas aciem semper instruebat: equitatum autem ab lateribus omnem extra fossam collocabat, qui neque aliter utilis esse poterat, et multum numero anteibat nostrum equitatum.

39. Domitius autem, cum Caesaris magis periculo, quam

suo cōmoueretur, neq; se tutò discessurū arbitraretur,
 si conditiones, quas reiecerat, rursus appeteret, aut su-
 ne causa discederet, ex propinquis castris in aciē exer-
 citum eduxit, tricesimam sextam legionem in dextro
 cornu collocauit, Ponticam in sinistro, Deiotari legio-
 nes in mediam aciem cōtulit, quibus tamen angusti-
 mum frontis reliquit interuallū, reliquis cohortibus
 in insidijs collocatis, sic utrinq; acie instructa proces-
 sum est ad dimicandū. Signo sub idē tempus ab utroq;
 dato concurritur acriter, uarieq; pugnatur. Nam tri-
 cesima sexta legio, cum extra fossam in equitatum Re-
 gis impetum fecisset, adeò secundum prelium fecit, ut
 moenibus oppidi succederet, fossamq; transfret, aduer-
 sosq; hostes aggredere-
 tur. At Pontica ex altera parte
 legio, cum paululum auersa hostibus cessisset, fossam
 autem circuire acies secundò conata esset, ut aperto la-
 tere aggredere-
 tur hostem, in ipso transitu fossa confi-
 xa, & oppressa est. Deiotari uero legiones uix impe-
 tum sustinuerūt. Ita uictrices Regis copiae cornu suo
 dextro, mediaq; acie conuerterunt se ad tricesimā se-
 xtam legionē, quae tamen fortiter uincentiū impetum
 sustinuit, magnis copijs hostium circumdata, presen-
 tissimo animo pugnans in orbem se recepit ad radices
 montiū, quo Pharnaces insequi propter iniquitatem
 loci noluit. Ita Pontica legione penè tota amissa, mai-
 gna parte Deiotari militū interfecta, tricesima sexta
 legio in loca se superiora cōtulit, nō amplius ducentis
 quin

quinquaginta desideratis. Ceciderunt eo pralio splen-
 didi, ac illustres uiri nonnulli equites Romani. Quo ta-
 men incōmodo Domitius accepto, reliquias exercitus
 dissipati collegit, itincribusq; tutis per Cappadociana
 41. se in Asiam recepit. Pharnaces rebus secundis elatus,
 cum de Cesare ea, quæ optabat, speraret, Pontum om-
 nibus copijs occupauit. Ibiq; & uictor, & crudelissi-
 mus Rex, cum sibi fortunā paternam feliciore euentu
 destinaret, multa oppida expugnauit, bona ciuiū Ro-
 manorum, Ponticorūq; diripuit. Supplicia constituit
 in eos, qui aliquam formā, atq; ætatis cōmendationem
 habebāt, eaq; quæ morte essent miseriora: Pontumq;
 nullo defendente, paternum regnum se recepisse glo-
 42. rians, obtinebat. Sub idē tempus in Illyrico est incom-
 modum acceptum, quæ prouincia superioribus mensi-
 bus retenta nō tantum sine ignominia, sed etiam cum
 laude erat. Nanque eō missus æstate cum duabus le-
 gionibus Q. Cornificius Cesaris quæstor proprator:
 quanquā erat Prouincia minimē copiosa ad exercitus
 alendos, et finitimo bello, ac dissensionibus uastata, &
 confecta: tamen prudentia, ac diligentia sua, quod ma-
 gnā curā suscipiebat, ne quō temere progredetur,
 & recepit, & defendit. Nanq; & castella complura
 locis editis posita, quorū opportunitas castellanos im-
 pellebat ad decursiones faciendas, & bellum inferen-
 dum, expugnauit, eaq; præda milites donauit. Quæ et
 si erat tenuis, tamen in tanta Prouinciæ desperatione

erat grata, præsertim uirtute parta. Et cum Octavius ex fuga Pharsalici prælij magna classe in illū se sinum cōtulisset, paucis nauibus Hiadertinorū, quorum semper in Remp. singulare constiterat officium, dispersis Octavianis nauibus erat potitus, ut uel classe dimicare posset adiunctis captiuis nauibus sociorū. Et cum diuersissima parte orbis terrarū Cn. Pompeium uictor Cæsar sequeretur, compluresq; aduersarios in Illyricum, propter Macedoniae propinquitatem, se reliquis ex fuga collectis, compulisse audiret, literas ad Gabinium mittit, uti cum legionibus tyronum, quæ nuper erant cōscriptæ, proficisceretur in Illyricum, coniunctisq; copijs cum Q. Cornificio, si quod periculū prouinciæ inferretur, depelleret. Sin ea nō magnis copijs tuta esse posset, in Macedoniam legiones adduceret: omnem enim illam partē, regionemq; uiuo Cn. Pompeio bellum instauraturā esse credebat. Gabinius, ut in Illyricum uenit, hyberno tempore anni, ac difficili, siue copiosiore prouinciā existimās, siue multum fortunæ uictoris Cæsaris tribuēs, siue uirtute, & scientia sua cōfissus, quæ sæpe in bellis periclitatus, magnas res, & secundas ductu, ausuq; suo gesserat, neq; prouinciæ facultatibus subleuabatur, quæ partim erat exinanita partim infidelis, neq; nauibus, intercluso mari tēpestatibus, cōmeatus supportari poterat, magnisq; difficultatibus coactus, non ut uolebat, sed ut necesse erat, bellum gerebat. Ita cum durissimis tempestatibus propter

propter inopiam castella, aut oppida expugnare cogere
 retur, crebra incommoda accipiebat, adeoq; est à bar-
 baris contemptus, ut Salonā se recipiens in oppidum
 maritimū, quod ciues Romani fortissimi, fidelissimiq;
 incolebāt, in agmine dimicare sit coactus. Quo praelio
 duobus milibus militum amplius amissis, Centurioni-
 bus XXXVIII. Tribunis IIII. cū reliquis copijs Sa-
 lonam se recepit, summaq; ibi difficultate rerum om-
 nium pressus paucis mensibus morbo perijt: cuius &
 infelicitas uiui, & subita mors in magnā spem Octa-
 uium adduxit Prouincię potiundę: quę tamē diutius
 in rebus secundis & fortuna, quę plurimum in bellis
 potest, diligētiaq; Cornificij, & uirtus Vatinij uersari
 44. passa non est. Vatinius Brundusij cū esset, cognitis
 rebus, quę gesta erant in Illyrico, cū crebris literis
 Cornificij, ad auxiliū prouincię ferendū euocaretur.
 & M. Octauiuū audiret cum barbaris fœdera percuf-
 sisse, cō pluribusq; locis nostrorū militum oppugnare
 præsidia, partim classe per se, partim pedestribus co-
 pijs per barbaros, etsi graui ualetudine affectus, uix
 corporis uiribus animū sequebatur, tamen uirtute ui-
 cit incōmodum naturę, difficultatesq; hyemis, et subi-
 tæ preparationis. Nam cū ipse paucas in portu na-
 ues longas haberet, literas in Achaiam, atq; Calenum
 misit, uti sibi classē mitterēt: quod cū tardius fieret,
 quàm periculum nostrorū flagitabat, qui sustinere im-
 petum Octauij nō poterant, nauibus actuarijs, quarū

numerus erat satis magnus, magnitudine quanquam
 nō satis iusta ad præliandū, rostra imposuit. Has adiun-
 ctas nauibus longis, & numero classis aucto militibus
 ueteranis impositis, quorum magnam copiam habe-
 bat, ex omnibus legionibus, qui numero agrorum reli-
 cti erant Brundusij, cū exercitus in Graciam trans-
 portaretur, profectus est in Illyricū, maritimasq; non
 nullas ciuitates, quæ defecerant, Octauioq; se tradider-
 rant, partim recipiebat, partim remanētes in suo con-
 silio, præteruehebatur: nec sibi ullius rei moram, ne-
 cessitatemq; iniungebat, & qui quā celerrimē posset
 ipsum Octauū persequeretur. Hunc oppugnantē Epi-
 daurū terra, mariq; ubi nostrū erat præsidium, aduen-
 tu suo discedere ab oppugnatione coëgit, præsidiumq;
 45. nostrū recepit, Octauius, cū Vatiniū classē magna
 ex parte confectam ex nauiculis actuarijs habere cog-
 nouisset, cōfusus sua classe, substitit ad insulā Thauri-
 dem, qua regione Vatinius insequens nauigabat: non
 quod Octauū ibi restitisse sciret, sed quod eū longius
 progressum insequi decreuerat. Cū propius Thauri-
 dem accessisset, distensis suis nauibus, quod & tempe-
 stas erat turbulēta, & nulla suspitio, hostis repente ad-
 uersam ad se uenientem nauem, antennis ad medium
 malū demissis, instructā propugnatoribus animadu-
 tit. Quod ubi conspexit, celeriter uela subduci, demit-
 tiq; antennas iubet, & milites armari, et uexillo subla-
 to, quo pugnandi dabat signū, quæ primæ naues subse-
 quebantur

quæbantur, idem ut facerent, significabat. Parabant se
 Vatiniani repente oppressi: parati deinceps Octauia
 ni ex portu procedebant. Instruitur utrinque acies, ordi
 ne disposita magis Octauiana, paratior militum animis
 46. Vatiniana. Vatinius cum animaduerteter, neque nauium
 se magnitudine, neque numero parem esse futura dimi
 cationi, fortuna rem committere maluit. Itaque primus
 sua quinqueremi in quadremem ipsius Octauij im
 petum fecit, celerrime fortissimeque contra illo remigan
 te, naues aduersa rostris concurrunt admodum uehemen
 ter, ut nauis Octauiana rostro discusso, ligno contine
 retur. Committitur acriter reliquis locis prelium, con
 curriturque ad duces maxime: nam cum suo quisque au
 xilium ferret, magnum cominus in angusto mari prelium
 factum est, quantoque coniunctis magis nauibus consli
 gendi potestas dabatur, tanto superiores erant Vatinia
 ni, qui admiranda uirtute ex suis nauibus in hostium
 naues transilire non dubitabant, et dimicatione equa
 ta longe superiores uirtute rem feliciter gerbant. De
 primitur ipsius Octauij quadremem, multa preterea
 capiuntur, aut rostris perforata merguntur: propugna
 tores Octauiani partim in nauibus iugulantur, partim
 in mare precipitantur: ipse Octauius se in scapha con
 fert, in quam plures cum confugerent, depressa scapha,
 uulneratus tamen adnata ad suum myoparonem. Eo
 receptus, cum prelium nox dirimeret, tempestate magna
 uelis profugit: sequuntur hunc sue naues nonnullæ, quas

47. casus ab illo periculo uendicarat. At Vatinius re bene gesta, receptui cecinit, suisq; omnibus incolumibus, in eum se portū uictor recepit, quo ex portu classis Octauiana ad dimicandum processerat. Capit ex eo prelio pentiremē unam, triremes duas, dyerotas octo, complures que remiges Octauianos. Posteroq; ibi die fuit, dum duas captiuasq; nauces reficeret: post diem tertium contendit in insulā Iſſam, quod eō se recepisse ex fuga credebatur Octauium. Erat Mæum nobilissimū regionum earū oppidum, coniunctissimūq; Octauio, quō ut peruenit, oppidani supplices se Vatiniō dederunt: comperitq; ipsum Octauium, paruis paucisq; nauigijs uentosecundo regionē Græciæ pctisse, inde ut Sicilia, deinde Africā caperet. Ita breui spatio re præclarissime gesta, prouincia recepta, & Cornificio reddita, classe ad uersariorū ex illo toto sinu expulsa, uictor se Brundu-

48. sium incolumi exercitu, & classe recepit. His autem temporibus quibus Caesar ad Dyrrhachium Pompeium obsidebat, & prelio Pharsali re feliciter gerebat, Alexandriaq; cum periculo magno, tum etiā maiore periculi fama dimicabat, Q. Cassius Lōginus in Hispania pro prætore prouinciæ ulterioris obtinendæ causa relictus, siue cōsuetudine naturæ suæ, siue odio quod in illam prouinciā susceperat questor, ex insidijs ibi uulneratus, magnas odij sui fecerat accessiones: quod uel ex conscientia sua, cū de se mutuō sentire prouinciā crederet, uel & initis signis & testimonijs eorum qui diffi-

culter

culter odia diſſimulāt, animaduertcre poterat, & com-
 pensare offenſionē prouinciae exercitus amore cupier-
 bat. Itaq; quū primum in unum locū exercitum con-
 duxit, ſeſtertia c. militibus eſt pollicitus: nec multo
 poſt, cū in Luſitania Medobregam oppidū, montemq;
 Herminiū expugnaffet, quo Medobregenſes confuge-
 rāt, ibiq; imperator eſſet appellatus, iturū ſeſtertijs c.
 milites donauit. Multa præcrea et magna præmia ſin-
 gulis cōcedebat, quæ ſpecioſum reddebant præſentem
 exercitus amorē, paulatim tamen, & occultē militariē
 40. diſciplinā, ſeueritatemq; minuebāt. Caſius legionibus
 in hyberna diſpoſitis, ad ius dicendū Cordubam ſe re-
 cepit, cōtractumq; in ea æs alienum grauiffimis oneri-
 bus prouinciae cōſtituit exoluere: & ut largitionis por-
 ſtulat conſuetudo per cauſam liberalitatis ſpecioſam,
 plura largitori querebantur, pecunia locupletibus im-
 perabantur, quas Longinus ſibi expenſas ferri, nō tan-
 tum patiebatur, ſed etiā cogebat: in gregem locupletū
 ſimulatū cauſa tenuis conijciebantur, neq; ullum ge-
 nus quaſtus aut magni & euidentis, aut minimi, &
 ſordidi, præmittebatur, quo domus, & tribunal im-
 peratoris uacaret: nemo erat qui modō aliquā iacturā
 rā facere poſſet, quin aut uadimonio teneretur, aut in-
 reos referretur. Ita etiā magna ſolicitudo periculorū
 ad iacturas, et detrimēta rei familiaris adiungebatur:
 50. quib. de cauſis accidit, ut cū Lōginus imperator cadē
 faceret, quæ ſecerat quaſtor, ſimilia ruruſ de morte
 eius

eius prouinciales consilia inirent. Horū odium confir-
 mabant nonnulli familiares eius, qui cū in illa socie-
 tate uersarētur rapinarū, nihilo minus oderant eum,
 cuius nomine peccabant: sibiq; quod rapuerant, acce-
 ptum ferebant, quod interciderat, aut erat interpella-
 tum, Cassio assignabant. Quintā legionem nouam con-
 scribit, augetur odium, & ex ipso delectu & sumptu
 addita legionis. Cōplentur equitum tria millia, maxi-
 misq; oneratur impensis, nec prouinciæ datur ulla re-
 quies. *51.* Interim literas accepit à Cæsare, ut in Africam
 exercitū traiceret, perq; Mauritaniā ad fines Numi-
 diæ perueniret, quod magna Cn. Pom. Iuba rex misere-
 rat auxilia, maioraq; missurus existimabatur. Quibus
 literis acceptis, insolenti uoluptate efferebatur, quod
 sibi nouarum prouinciarū, & fertilissimi regni tanta
 oblata esset facultas. Itaq; ipse in Lusitaniā proficisci-
 tur ad legiones accersendas, auxiliaq; adducenda: cer-
 tis hominib. dat negociū, ut frumentū nauesq; cētum
 prepararentur, pecuniāq; describerentur, atq; impera-
 rentur, ne qua res cū redisset, moraretur. Reditus eius
 fuit celerior omnī opinione: non enim labor, aut uigi-
 lantia cupienti præsertim aliquid, Cassio deerat. *52.* Exer-
 citu coacto in unū locum, castris ad Cordubā positis,
 pro cōcione militibus exponit, quas res Cæsaris iussu
 gerere deberet: polliceturq; ijs, cū in Mauritaniā
 traicisset, & sestertia se daturū: quintam fore in Hispa-
 niā legionē. Ex concione se Cordubā recepit, eoq; ipso
 die

† sestertios

die meridiana hora cū in Basilicā iret, quidā Minu-
 tius Silo cliens L. Raciliū libellū, quasi aliquid ab eo po-
 stularet, ut miles, ei tradit: deinde post Raciliū (nam
 is latus Casij tegebat) quasi responsū ab eo peteret,
 celeriter dato loco, quū se insinuasset, sinistra corripit
 eum, dextrāq; bis ferit pugione: clamore sublato, sit à
 coniuratis impetus uniuersis. Munatius Flaccus pro-
 ximum gladio traicit lictorē. Hoc interfecto, Q. Cas-
 sium legatū uulnerat. Ibi T. Vasius, & L. Mergilio si-
 mili confidentia Flaccum municipem suum adiuuant.
 Erant enim omnes Italicenses. Ad ipsum Longinum
 L. Licinius Squillus inuolat, iacentēq; leuibus sauciat
 53. plagis. Concurritur ad Cassium defendendū. Semper
 enim Berones compluresq; euocatos cum telis secum
 habere cōsueuerat, à quibus ceteri intercludūtur, qui
 ad cadem faciendam subsequēbātur. Quo in numero
 fuit Calphurnius Saluianus, & Manilius Tuscus.
 Minutius inter saxa quæ iacebātur, in itinere fugiens
 opprimitur, & relato ad domū Cassio, ad eum deduci-
 tur. Racilius in proximā se domum familiaris sui con-
 fert, dum certū cognosceret, cōfectus ne Cassius esset.
 Laterensis cū id non dubitaret, accurrit latus in ca-
 stra, militibusq; uernaculis & secundæ legionis, qui-
 bus odio sciebat, præcipuè Cassiū esse, gratulatur. Tol-
 litur à multitudine in tribunal, prætor appellatur. Ne-
 mo enim aut in prouincia natus, aut uernacule legio-
 nis miles, aut diuturnitate iā factus prouincialis (quo
 in nu-

in numero erat secunda legio) non cum omni provin-
 cia consenserat in odio Cassij. Nam legiones trigesimam, & uigesimam primam paucis mēsis in Italia
 scriptas, Cæsar attribuerat Longino: quinta legio ibi
 54. nuper erat confecta. Interim nuntiatur Laterensi ui-
 uere Cassium. Quo nuncio dolore magis permotus,
 q̄ animo perturbatus, reficit celeriter se, & ad Cassiū
 uisendum proficiscitur. Re cognita, trigesima legio se-
 gna Cordubā infert ad auxiliū ferendum imperatori
 suo. Facit hoc idem uigesima prima: subsequitur has
 quinta. Quā duæ legiones reliquæ essent in castris, se-
 cundarij ueriti ne soli relinquerentur, atq; ex eo quid
 sensissent, indicaretur, secuti sunt factum superiorum.
 Permanfit in sententia legio uernacula, nec ullo timo-
 re de gradu deiecta est. Cassius eos qui nominati erāt
 cōscij cædis, iubet comprehendi. Legionem quintam
 in castra remittit cohortibus xxx. retentis. Indicio
 Minutij cognoscit L. Raciliū, & L. Laterensem, &
 Anniū Scapulam maximæ dignitatis, & gratiæ pro-
 uincialem hominē, sibiq; tam familiarem, quā Later-
 rensē, & Raciliū in eadem fuisse coniuratione. Nec
 diu moratur dolorem suum, quin eos interfici iubeat.
 Minutium libertis tradit exercuciandum. Item Calfur-
 nium Saluianum, qui profitetur indicium, coniuratorumq;
 numerum auget, uerè, ut quidam existimāt, ut
 nonnulli querūtur, coactus iisdem cruciatib. affectus,
 L. Mergilio Squillus nominat plures, quos Cassius in-
 terfici

terfici iubet, exceptis ijs qui se pecunia redemerunt. Nam palam se sterijs decē cum Calpurnio paciscitur, & cū Q. Sextio quinquaginta: qui, si maximē nocentes sunt mulctati, tamē periculū uitæ, dolorq; uulnerū pecunia remissus, crudelitātē cum auaricia certasse si
 56. gnificabat. Aliquot post diebus, literas à Casare missas accipit, quibus cognoscit Pompeium in acie uictum, amissis copijs fugisse. Qua re cognita, mistam dolori uoluptatē capiebat, uictoriæ nuncius letitiā exprimebat, confectū bellum licentiam temporum intercludebat. Sic erat dubius animus, utrum nihil timere, an omnia licere mallet. Sanatis uulneribus, accersit omnes qui sibi pecunias expensas tulerant, acceptasq; eas iubet referri, quibus parū uidebatur imposuisse oneris, ampliorem pecuniam imperat. Aequa autem ratione delectū instituit, quos ex omnibus conuentibus, colonijsq; conscriptos transmarina militia perterritos, ad sacramenti redemptionē uocabat. Magnū hoc fuit uestigal, maius tamen creabat odiū. His rebus confectis, totum exercitū lustrat. Legiones quas in Africā ducturus erat, et auxilia mittit ad traiectū. Ipse classē quā parabat, ut inspiccret, Hispalim accedit, ibi que moratur, propterea quod edictū tota prouincia proposuerat, ut quib. pecunias imperasset, neq; cōtulisset, se adirent: quæ euocatio uehemēter oēs turbauit. Interim L. Titius qui eo tempore trib. mil. legionis uernacule fuerat, nunciat fama, legionē trigesimā, quam Q. Cas
 sius

sius legatus simul ducebat, cum ad oppidum Leptim ca-
 stra haberet, seditione facta, Centurionibus aliquot occi-
 cis, qui signa tolli non patiebantur, discessisse, & ad se-
 cundam legionem contendisse, quae ad fretum alio itinere
 re ducebatur. Cognita re, noctu cum v. cohortibus un-
 deicesimanorum egreditur, mane peruenit. Ibi eum
 diem, ut quid ageretur, perspiceret, moratus, Carbor-
 nam contendit. Hic quum legio trigesima, & uigesima
 prima, & cohortes 7 quatuor, et quinta legio, totusque
 conuenisset equitatus, audit quatuor cohortes à uerna-
 culis oppressas ad Obuculam, quum his ad secundam per-
 uenisse legionem, omnesque ibi se coniunxisse, & T. Tor-
 rium Italicensem ducem delegisse. Celeriter habito consi-
 lio, Marcellum Cordubam, ut eam in potestate retineret,
 Q. Cassium legatum Hispalim mittit. Paucis ei diebus
 affertur conuentum Cordubensem ab eo defecisse, Mar-
 cellumque aut uoluntate, aut necessitate adductum (naque
 id uarie nuntiabatur) consentire cum Cordubensibus.
 Duas cohortes legionis quintae, quae fuerant Corduba
 in praesidio, idem facere. Cassius his rebus incensus, mor-
 uet castra, & postero die Segouiam ad flumen Silicem
 se uenit: ibi habita concione, militum tentat animos,
 quos cognoscit non suos, sed Caesaris absentis causa sibi
 fidiissimos esse, nullumque periculum deprecaturus, dum
 58. per eos Caesari Prouincia restitueretur. Interim Tor-
 rius ad Cordubam ueteres legiones adducit, ac ne dis-
 sensionis initium natum seditiosa militum, suaque uide-
 retur

retur natura: simul ut contra Qu. Cassiū, qui Caesaris nomine maioribus uiribus uti uidebatur, æque potentem opponeret dignitatē, Cn. Pōpeio se Prouinciā recuperare uelle palam dicebat. Et forsitan etiā hoc fecerit odio Caesaris, & amore Pōpeij, cuius nomen multū poterat apud eas legiones, quas M. Varro obtinuerat: sed id qua mente cōmotus fecerit, cōiectura sciri potest. Certē hoc præ se Torius ferebat. Milites adeo futebantur, ut Cn. Pōpeij nomen in scutis inscriptum haberent, frequēs legionibus cōuentus obuiā prodit, neq; tantū uirorum, sed etiā matrum familias, ac prætextatorū, deprecaturq; ne hostili aduentu Cordubam diriperent. Nā se contra Cassium sentire cum omnibus: cōtra Casarē ne facere cogerentur, orare. Tantæ multitudinis precibus, & lachrymis exercitus cōmotus, cum uideret ad Cassium persequendū nihil opus esse Cn. Pōpeij nomine, & memoria, tamq; omnibus Cesarianis, quā Pompeianis Longinū esse in odio, neq; se conuentū, neq; M. Marcellum contra Caesaris causam posse perducere, omnē Pōpeij ex scutis detraxerunt, Marcellū, qui se Caesaris causam defensurum profitebatur, ducē ascuerunt, prætorēq; appellarunt, et sibi conuentū adiunxerunt, castraq; ad Cordubam posuerūt. Cassius eo biduo circiter quatuor millia passuum à Corduba citra flumē Betim in oppidi cōspectu loco excelso facit castra: literas ad Regē Bogudem in Mauritaniam, & ad M. Lepidum procons. in Hispaniam

- nam citiorem mittit, subsidio sibi, Prouinciæq; Caesaris causa quamprimum ueniret: ipse hostili modo
60. Cordubensium agros uastat, ædificia incendit / Cuius rei deformitate, atq; indignitate legiones, quæ Marcellum sibi ducem ceperant, ad eum concurrerunt, ut in aciem deducerentur, orant, priusq; cõfignendi sibi potestas fieret, quàm cum tanta contumelia nobilissimæ, charissimæq; possessiones Cordubensium in cõspectu suo rapinis, ferro, flammæq; consumerentur. Marcellus, cum cõfignere miserrimum putaret, quod & uictoris, & uicti detrimentum ad eundem Cæsarem esset redundaturum, neq; suæ potestatis esset, legiones Betim traducit, atq; aciem instruit. Cum Casium cõtrà pro castris suis aciem instruxisse loco superiore uideret, causa interposita, quod is in æquum non descenderet, Marcellus militibus persuadet, ut se in castra recipiant. Itaq; copias educere cœpit. Casius quo bono ualebat, Marcellumq; infirmum esse sciebat, aggressus equitatu legionarios se recipientes, cõplures nouissimos in fluminis ripis interficit: quum hoc detrimento, quid transitus fluminis uitij, difficultatisq; haberet, cognitum esset. Marcellus castra Betim trãsfert, crebroq; uterq; legiones in aciem educit, neq; tamen confligitur propter locorũ difficultates. Erat copijs pedestribus multo firmior Marcellus: habebat enim ueteranas legiones, multisq; prælijs expertas. Casius fidei magis, quàm uirtui legionum confidebat. Itaq; cum castra
- castris

castris collata essent, & Marcellus locū idoneum castello cepisset, quo prohibere aqua Cassianos posset, Longinus ueritus, ne genere quodā obsidionis clauderetur in regionibus alienis, sibiq; infestis, noctu silentio ex castris proficiscitur, celeriq; itinere Vllam contendit, quod sibi fidele esse oppidū credebat: ibi adeo coniuncta ponit mœnibus castra, ut & loci natura (namq; Vlla in edito monte posita est) & ipsa munitione urbis, undiq; ab oppugnatione tutus esset. Hunc Marcellus insequitur, & quā proximē potest Vllā, castra castris confert, locorumq; cognita natura, quo maximē rem deducere uolebat, necessitate est adductus, ut neq; confligeret, cuius si rei facultas esset, resistere incitatis militibus non poterat: neq; uagari Cassium latius pateretur, ne plures ciuitates ea paterentur, quæ passi erant Cordubenses. Castellis idoneis locis collocatis, operibusq; in circuitu oppidi continuatis, Vllam, Cassiumq; munitionibus clausit, quæ priusquam perficerentur, Longinus omnem suum equitatum emisit, quem magno sibi usui fore credebat, si pabulari, frumentariq; Marcellū non pateretur: magno autem impedimento, si clausus obsidione, & inutilis

62. necessarium consumeret frumentum/Paucis diebus lateris Cassij acceptis, Rex Bogus cum copijs uenit, adiungitq; ei legionē, quā secum adduxerat, cōpluresq; cohortes auxilias Hispanorum: Namq; ut in ciuilibus dissensionibus accidere consuevit, ita temporibus

illis in Hispania nonnulla ciuitates rebus Cassij studebant, plures Marcello fauebant. Accedit cum copijs Bogud ad exteriores Marcelli munitiones, pugnatur utrinque acriter, crebroq; ut accedit, fortuna saepe ad utrunq; trāsferente uictoriā, nec tamen unquā ab ope
 63. ribus depellitur Marcellus. Interim Lepidus ex citeriore Prouincia cū cohortibus legionarijs trigintaquinque, magniq; numero equitum, & reliquorum auxiliiorum uenit ea mente Vllā, ut sine ullo studio contentiones Cassij, Marcelliq; cōponeret. Huic ueniēti sine dubitatione Marcellus se credit, atq; offert. Cassius cōtrā suis se tenet praesidijs, siue eo, quod plus sibi iuris deberi, quā Marcello existimabat, siue eo, quod ne praecipuus animus Lepidi esset obsequio aduersarij, uerebatur. Ponit ad Vllam castra Lepidus, neque habet à Marcello quicquam diuisi, ne pugnetur, interdicit, ad exeundum Cassium inuitat, fidemq; suam in re omni interponit. Cū diu dubitasset Cassius, quid sibi faciendum, quid uē Lepido esset credendum, neq; ullum exitum consilij sui reperiret, si permaneret in sententia, postulat, uti munitiones disijcerētur, sibiq; liber exitus daretur. Non tantum inducijs factis, sed propē iam constituta opera cū complanarent, custodiaq; munitionum essent deductae, auxilia Regis in id castellum Marcelli, quod proximum erat regijs castris, neq; opinantibus omnibus (si tamen in omnibus fuit Cassius, nam de huius conscientia dubitabatur) impetum

petum fecerūt, compluresq; ibi milites oppreſſerunt, quod niſi celeriter indignatione, & auxilio Lepidi prælium eſſet diremptum, maior calamitas eſſet accepta. 64. Cùm iter Caſſio patefactum eſſet, caſtra Marcellus cum Lepido coniungit. Lepidus eodem tempore, Marcellusq; Cordubã cum ſuis proficiſcitur. Narbonem ſub idẽ tempus Trebonius proconſul ad Prouinciam obtinendam uenit: de cuius aduẽtu ut cognouit Caſſius, legiones, quas ſecũ habuerat, equitatumq; in hyberna diſtribuit. Ipſe omnibus ſuis rebus celeriter correptis Malacã cõtendit, ibiq; aduerſo tempore nauigandi naues cõſcendit, ut ipſe prædicabat, ne ſe Trebonio, & Lepido, & Marcello committeret: ut amici eius diſſimulabũt, ne per eam Prouinciã minore cum dignitate ierſaceret, cuius magna pars ab eo defece- rat: ut ceteri exiſtimabant, ne pecunia illa ex infinitis rapinis cõſecta in poteſtatem cuiuſquam ueniret. Progreſſus ſecunda, ut hyberna, tempeſtate, cũ in Iberum flumen noctis uitandæ cauſa ſe contuliſſet, inde, paulõ uehementiore tẽpeſtate nihilo periculoſius ſe nauigaturũ credens, proſectus aduerſis fluctibus occurrentibus oſtio fluminis in ipſis faucibus, cũ neq; ſteclere nauem propter uim fluminis, neq; directam tantis fluctibus tenere poſſet, demerſa nauis periijt. 65. Cùm in Syriam Caſar ex Aegypto ueniſſet, atq; ab his, qui Roma uenerant ad eum, cognosceret, literisq; urbanis animaduerteter multa Romæ malè, et inutiliter adminiſtrari,

N 3 Neq;

neq; ullam partem Reipub. satis commodè geri, quod
 & cōtentionibus tribunitijs pernitiōse seditiones ori-
 rentur, & ambitione, atq; indulgentia Tribunorū mi-
 litum, & qui legionibus præerant, multa contra mor-
 rem, consuetudinēq; militarē fierent, quæ dissoluendæ
 disciplina, seueritatisq; essent, eaq; omnia flagitare
 aduentum suū uideret, tamē præferendū existimauit,
 quas in Prouincias, regionesq; uenisset, eas ita relin-
 quere cōstitutas, ut domesticis dissensionibus liberarē-
 tur, iura, legesq; acciperent, & externorū hostium me-
 tum deponerēt. Hæc in Syria, Cilicia, Asia celeriter se-
 confecturū sperabat, quod hæ Prouinciæ nullo bello
 premebatur. In Bithynia, ac Pōto plus oneris uidebat
 impendere sibi, nō enim excessisse Ponto Pharnacē au-
 dierat, neq; excessurū putabat, cū secundo prælio es-
 set uehementer inflatus, quod cōtra Domitium Calui-
 num fecerat. Cōmoratus serē in omnibus ciuitatibus,
 quæ maiores sunt dignitate, præmia benemeritis & ui-
 ritim, & publicè tribuit. De cōtrouersijs ueteribus co-
 gnoscit, ac statuit Reges, Tyrānos, Dynastas Prouin-
 ciæ, sinitimosq; qui omnes ad eum concurrerant, rece-
 ptos in fidem, cōditionibus impositis Prouinciæ tueri-
 da, ac defendendæ, dimittit & sibi, et populo, Ro. ami-
 cissimos. / Paucis diebus in ea Prouincia consumptis,
 66. Sex. Cesarē amicū, & necessarium suū legionibus Sy-
 riæ præficit, ipse eadem classe, qua uenerat, proficiscit-
 tur in Ciliciã, cuius Prouinciæ ciuitates omnes euocat

Tarsum, quod oppidū ferè totius Ciliciæ nobilissimū, fortissimūq; est. Ibi rebus omnibus Prouinciæ, & finitimarum ciuitatū cōstitutis, cupiditate proficiscēdi ad bellum gerendū nō diutius moratur, magnisq; itineribus per Cappadociā cōfectis, biduum Mazacæ cōmoratus, uenit Comana uetustissimū, & sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templū, quod tāta religione colitur, ut sacerdos eius Deæ maiestate, imperio, & potentia secundus à Rege cōsensu gentis illius habeatur: id homini nobilissimo Nicomedi Bithynio adiudicauit, qui Regio Cappadocum genere ortus, propter aduersam fortunā maiorū suorū, mutationēq; generis, iure minime dubio, uetustate tamen intermisso, sacerdotiū id repelebat. Fratrem autē Ariobarzani Ariaratem, cū benemeritis uterq; eorū de Rep. esset, ne aut regni hereditas Ariaratē sollicitaret, aut heres regni timeret, Ariobarzani attribuit, qui sub eius imperio, ac ditione esset: ipse iter coeptū simili uelocitate cōficere

67. cepit. Cū propius Pontū, finesq; Gallogræciæ accessisset, Deiotarus Tetrarches Gallogræciæ, tunc quidē penè totius, quod ei neq; legibus, neq; moribus cōcessum esse cæteri Tetrarchæ cōtendebat: sine dubio aut Rex Armeniæ minoris ab Senatu appellatus, depositis Regijs insignibus, neq; tantū priuato uestitu, sed etiā reorum habitu supplex ad Cæsarē uenit oratum, ut sibi ignosceret, quòd in ea parte positus terrarum, quæ nulla præsidia Cæsaris habuisset, exercitibus impe-

- rijsq; in C. Pöpcij castris fuisset: neq; enim se iudicem debuisse esse cōtrouersiarū populi Ro. sed parere præ
68. sentibus imperijs/Contra quem Caesar, quum plurima sua cōmemorasset officia, quæ consul ei decretis publicis tribuisset, cumq; defensionē eius, nullā posse excusationē eius imprudentiā recipere coarguisset, quod homo tantæ prudētia, ac diligētia scire potuisset, quis urbem, Italiāq; teneret, ubi Senatus, Populusq; Ro.
- *c. ubi Resp. esset. Quis deinde post L. Lentulū, + M. Marcellum consul esset. Sed tamen se cōcedere id factum superioribus suis beneficijs, ueteri hospitio, atq; amicitia, dignitati ætatiq; hominis: precibus corū, qui frequentes cōcurrissent, hospites, atq; amici Deiotari ad deprecandum. De controuersijs Tetrarcharū postea se cogniturū esse dixit: regium uestitum ei restituit. Legionem autem, quam ex genere ciuium suorū Deiotarus natura, disciplinaq; nostra constitutam habebat, equitatūq; omnē ad bellum gerēdum adducere iussit.
69. Cū in Pontū uenisset, copiasq; omnes in unū locum cōgisset, quæ numero, atq; exercitatione bellorū mediocres erāt, excepta enim legione sexta, quā secū adduxerat Alexandria ueteranā, multis laboribus, periculisq; functā, multisq; militibus partim difficultate itinerū, ac nauigationū, partim crebritate bellorum ad eō diminutā, ut minus mille hominum, in ea esset. Reliquæ erant tres legiones, una Deiotari, duæ quæ in eo pralio, quod Cn. Domitiū fecisset cū Pharnace scriptus,

psimus, fuerant. Legati à Pharnace missi, Casarē ad-
 unt, atq; in primis deprecantur, ne eius aduentus hos-
 tilis esset. Facturū enim omnia Pharnacē quæ impe-
 rata essent, maximeq; cōmemorabant, nulla Pharna-
 ccm auxilia contra Casarem Pompeio dare uoluisse,
 70. cūm Dciotarus, qui dedisset, tamen ei satis fecisset. Ca-
 sar respondit se fore æquissimum Pharnaci, si quæ pol-
 liceretur, representaturus esset. Monuit autem, ut sole-
 bat, mitibus uerbis legatos, ne aut Dciotarū sibi obij-
 cerent, aut nimis eo gloriarentur beneficio, quod au-
 xilia Pompeio non misissent: nam se neq; libentius fa-
 cere quicquā, quā supplicibus ignoscere, neq; pro-
 uinciarum publicas iniurias condonare ijs posse, qui
 non fuissent in se officiosi. Id ipsum quod cōmemoras-
 sent, officiū utilius Pharnaci fuisse, qui prouidisset, ne
 uinceretur, quā sibi cui dij immortalēs uictoriā tri-
 buissent. Itaq; se magnas & graues iniurias ciuū Ro-
 qui in Ponto negociati essent, quoniā in integrum re-
 stituere non posset, cōcedere Pharnaci. Nam neq; in-
 terfectis amissam uitam, neq; extinctis, uirilitatem resti-
 tuere posse, quod quidem supplicium grauius morte ci-
 ues Romani subissent. Ponto uero decederet cōfestim,
 familiasq; publicanorum remitteret, ceteraq; restitue-
 ret socijs, ciuibusq; Romanis quæ penes eum essent. Si
 fecisset, iam tunc sibi mitteret munera, ac dona, quæ
 bene rebus gestis Imperatores ab amicis accipere con-
 suessent. Miserat enim Pharnaces coronam auream.

71. His responsis datis, legatos remisit. At Pharnaces omnia liberaliter pollicitus, cum festinantē ac properantem Cæsare speraret, libentius etiam crediturum suis promissis, quā res pateretur, quod celerius honestiusque ad res magis necessarias proficisceretur (nemini enim erat ignotū, plurimis de causis ad urbem Cæsarem reuocari) lentius agere, decedēdi diem postulare, longio res pactiones interponere, in summa frustrari cœpit. Cæsar cognita calliditate hominis, quod alijs temporibus natura facere cōsueuerat, tunc necessitate fecit ad ductus, ut celerius omnium opinione manum consere
72. *re*. Zela est oppidum in Ponto, positu ipso, ut in plano loco, satis munitū, tumulus enim naturalis, uelut manu factus, excelsiore undique, fastigio sustinet murū circumpositi sunt huic oppido magni, multique intercisi uallibus colles, quorū editissimus unus qui propter uictoriam Mithridatis, et infelicitatem Triarij, detrimenlumque exercitus nostri superioribus locis, atque itineribus penē cōiunctus oppido, magnā in illis partibus habet nobilitatē, nec multo longius millibus passuū tribus abest à Zela. Hunc locū Pharnaces ueteribus patrum felicium castrorū refectis operibus copijs omnibus suis occupauit. Cæsar cū ab hoste millia passuū v. castra posuisset, uideret que eas ualles quibus regia castra munitur, eodem interuallo sua castra muniturus, si modo ad ea loca hostes priores non cepissent, que multo erant propiora regis castris, aggerem comportari

portari iubet intra munitiones: quo celeriter collato, proxima nocte uigilia quarta legionibus omnib. expeditis, impedimentisq; in castris relictis, prima luce non opinatibus hostibus, eum ipsum locū cepit, in quo Mithridates secundū bellum aduersus Triarium fecerat. Huc omnē comportari aggerē è castris, seruitiaq; agi iussit, ne quis ab opere miles discederet, cū spatio non amplius mille passuū intercisa uallis castra hostiū diui

74. decret ab opere incepto Caesaris castrorum Pharnaces quū id repētē prima luce animaduertisset, copias suas omnes pro castris instruxit: quas interposita tāta locorum iniquitate, consuetudine magis peruulgata militari credebat instrui Caesar: uel ad opus suum tardandum, quò plures in armis tenerentur: uel ad ostentationem regie fiducie, ne munitione magis q̄ manu defendere locū Pharnaces uideretur. Itaq; deterritus non est, quo minus prima acie pro uallo instructa, relicta pars exercitus opus faceret. At Pharnaces impulsus siue loci felicitate, siue auspicijs, & religionibus indutus, quibus obtēperasse eum postea audiebamus, siue paucitate nostrorū qui in armis erant cōperta, cū more operis quotidiani, magnā illā seruorū multitudinē, quæ aggerē portabat, militū se credidisset, siue etiā ueterana fiducia exercitus sui, quē cū legione **XXII.** in acie cōfluxisse, & uicisse legati eius gloriabatur: simul cōtemptu exercitus nostri, quem pulsum à se Domitio duce sciebat: inito cōsilio dimicādā, descendere prærupta

pta ualle cœpit. Cuius aliquandiu Cæsar irridebat in-
nem ostentationem, & eo loco militū cohortationem
quem in locū nemo sanus hostis subiturus esset. Cū
interim Pharnaces eodē gradu quo in præliū descen-
derat, uallem ascendere aduersus arduū collem instru-

75. Etis copijs cœpit, Cæsar incredibili eius uel temeritate,
uel fiducia motus, neq; opinans, imparatusq; oppres-
sus eodē tempore milites ab operibus uocat, arma cap-
ere iubet, legiones opponit, aciem instruit. Cuius rei
subita trepidatio magnū terrorem attulit nostris. Non
dum ordinibus instructis, falcata regie quadrigæ per-
mixtos milites perturbāt, quæ tamen celeriter multitu-
dine telorum opprimuntur. Insequitur has acies ho-
stium, & clamore sublato confligit, multum adiuuāte
natura loci, plurimū deorum immortalīū benignitate,
qui cū omnibus casib. bellis intersunt, tū præcipuē

76. eis quib. nihil ratione potuit administrari, Magno at-
que acri prælio factō, cominus dextro cornu, quo uete-
rana legio sexta erat collocata, initiū uictoriæ natū est
ab ea parte, cū in procliui detruderētur hostes, multo
tardius, sed tamen iisdem dijs adiuuantib. sinistro cor-
nu, mediāq; acie, totæ profligantur copię regis, quæ q̄
facile subierant iniquum locum, tam celeriter gradu
pulsæ, premebantur loci iniquitate. itaq; multis militi-
bus partim interfectis, partim suorū ruina oppressis,
qui uelocitate effugere poterant, armis tamen proie-
ctis, uallem trāsgressi, nihil ex loco superiore inermes
profu

proficere poterant. At nostri uictoria elati subire iniquum locum munitionesq; aggredi nō dubitarunt. Defendentibus autē his cohortibus castra, quas Pharnaces praesidio reliquerat, celeriter castris hostiū sunt potiti. Intersecta multitudine omni suorum, aut capta, Pharnaces cū paucis equitib; profugit. Cui nisi castrorum oppugnatio facultatē attulisset liberius profugien-

77. di, uiuus in Caesaris potestatem adductus esset. Tali uictoria toties uictor Caesar incredibili est letitia affectus, quod maximū bellum tanta celeritate cōfecerat, quodq; subiti periculi recordatione letior, quod uictoria facilis ex difficillimis rebus acciderat. Ponto recepto, praeda omni regia militibus condonata, postero die cū expeditis equitibus ipse proficiscitur. Legionē sextam decedere ad praemia, atq; honores accipiendos in Italiā iubet. Auxilia Deiotari domum remittit, duas legiones cum Caelio Vintiano in Ponto reliquit. Ita per Gallograeciā, Bithyniamq; in Asiā iter facit, omniumq; earum prouinciarū de controuersijs cognoscit, & statuit iura in Tetrarchas, reges, ciuitates distribuit. Mithridatem Pergamenum quo rem feliciter celeriterq; gestam in Aegypto supra scripsimus, regio genere ortum, disciplinis etiam regijs educatum (nam cum Mithridates rex Asia totius propter nobilitatem Pergamo paruulum secum asportauerat in castra, multosq; tenuerat annos) regem Bosphori constituit, quod sub imperio Pharnacis fuerat: prouinciasq; populi Rom.

à bari

à barbaris, atq; inimicis regibus interposito amicissimò rege, munivit. Eidem Tetrarchiam legibus Gallogræcorum, iure gentis & cognationis adiudicauit occupatam, & possessam paucis antè annis à Deiotaro. Neq; tamen usquam diutius moratus est, quàm necessitas urbanarum seditionum pati uidebatur. Rebus felicissimè, celerrimèq; confectis, in Italiam celerius omnium opinione uenit.

HENRICI GLAREANI IN
LIBRVM QVARTVM

annotationes.



In hoc quarto libro hæc ordine habentur. Primum Alexãdriæ oppugnatio terra ac mari, fortuna utriusq; partis diuersum hominum studiũ, ac conatus uarij. In eo bello rex Ptolemæus, cuius iussu Põpeius occisus erat, interijt: fratri ac sorori maiori Cleopatrz regnum traditur. Perijt à parte Cæsaris Euphranor Rhodius. Et ad pontem milites legionarij CCCC. In Asia Cn. Domitius parũ feliciter pugnat aduersus Pharnæem Armeniæ regem. Et Gabinius in Illyricis, aduersum prælium fecit. Vatinij deinde diligentia res restitutæ, qui Octauium uicit, atq; tota Illyride prouincia eiecit. Prouinciamq; ipsam incolumem, ipse cum omnibus suis incolumis recepit. In Hispauia mira de Q. Cassij Longini, quem Cæsar præterem ibi reliquerat, auaritia narrantur. In diffensionem uenere duces legionum. Tandem finem inuenit Cassius in Ibero flumine, ubi perijt: deniq; res felicissimè aduersus Pharnacem prælio ingenti uictum gestæ ultimo narrantur.

ANNOT. HEN. GLAR. IN

LIB. IIII. FINIS.

A. HIR